De dulci amigdalio dicitur. Si recens cum suo folliculo comedatur, predest stomacho. Si caput grauat caliginem nutrit ventrem accendit somnum facit ebrietati resistit. Item dicitur idem quod si vulpis comederit amigdalum morietur. Sepe enim quod medicinale est homini, venenosum est mortiferum est alteri animali et e converso. Item idem sere tota arbor amigdalorum amarorum est medicinalis. Nam radix eius elixata siue cocta et trita, maculas vultus tollit, et purgat faciem quando inde est linita, dolorem capitis maxime mitigat, et etiam vulnera purida melle melle mundificat ac sanat, cortex etiam et folia sunt mundificativa extenuantia, et sanantia. oleum autem de amigdalis extractum, venas et lumbricos in ventre necat, mestrina puocat, et purgat contra surditatem efficaciter iuuat, et aurium sanantem mundat, et desiccatur si tepidum aurium stilletur. (vt dicit diascorus.) Item flores eius decocti in oleo caduceo, et litargicos excitant, cum melle triti moribus canis obuiant, vicia sanant, gummi quod de amigdalis extrudat, mixtum potioni sanguinem retinentes iuuat, et sic patet quod parum vel nihil est in amigdalio quod non pueniat medicinis, vt ostendit diascorus.

De Abiete.

Abies nomen est arboris sic dicitur abunde, eo quod pre ceteris arboribus longe abeat, et in altum altius se extendat, cuius natura est, vt dicitur Irido. li. xvij. quod est ex parte terrena humoris, et ideo tremibilis est atque leuis. Ex abiete autem dicitur abiena ligna vel alia que de abiete componunt, et abietanus dicitur qui aliquid de abiete opatur. (vt dicit Irido.) Secundum anstomachum, autem abies est arbor in altum se extendens plurimum habens raritatis in substantia et subtilis humiditatis, et ideo calor eius naturalis a solis calore fornicatur, quod illam humiditatem de facili eleuat, et per sursum mittit, et sic ipsam in arboris substantiam conuertens, arborescens altam facit. Est etiam arbor mire rectitudinis parum vel nihil habens tortuositatis, et hoc propter virtutem caloris et equalitatem humoris operationi caliditatis obediens, et ideo directe sine aliqua tortuositate sursum eleuatur. Quauis enim abies generetur ex humore leui et subtili, illius tamen humoris superfluitatem reicit natura ad eius superfiem, scilicet inter lignum et corticem, et ibidem a calore exteriori inuisca, et in naturam resine cuiusdam odoriferi transmutat, propter eandem etiam viscositatem vinctuosam ligno abierno incorporata, abies igni apposita facillime inflammatur, varijs insuper edificiorum structuris abies acco-

mo datur, et maxime propter suam rectam altitudinem, et formam pyramidalem, vel ad edificationem narium vtiliter adaptatur.

De aloa.

Aloa arbor est aromatica que in india generatur (vt dicitur pap.) et est arbor odoris suauissimi atque fragrantissimi, cuius pricula vice nimiamatis altiorum adoleat, vnde nomen traxit dicitur. De ligno autem aloes dicitur in platea, aloes est lignum calidum et siccat, quod reperitur in magno flumine babilonis cuius terminus coniungitur fluvius paradisi, vnde a pluribus creditur quod predictum lignum inter paradisi arbores oritur, et casu aliquo vel impulsu de paradiso illuc deducatur, habitantes autem iuxta fluum, missis retribus in flumen, lignum interceptiunt et referunt vsui medicinale. Dulcissimum medianale est. Est enim lignum aloes triplex, vt dicitur constantinensis in libro graduu, primum est valde ponderosum et quod est nodosum est valde aromaticum et est sub amari saporis, sub nigri coloris et sub rufi, et contritione dentium non omnino resistens, dicitur etiam quod cum masticata, statim odor aromaticus videtur attingere cerebrum, et quodammodo replere. Secundum genus est minus ponderosum nec adeo aromaticum nec amarum. Tertium genus est subalbidum valde leue, nec est alius saporis et puri odoris nisi sit aliunde coaptatum. Sophisticata autem lignum aloes cum quodam ligno sibi simili in pondositate et nodositate, et modico aromate. Et a quibusdam lignum aloes siue stris nuncupatur hoc lignum conficitur cum plumbo vt color immutetur, et addita superfluitate aurum, vt fiat aliquantulum amarum et subrufum, et ponitur in decoctione optimi aloes cum melle, vt fiat valde aromaticum, et sic fit vt vix ab optimo discernatur, cognoscatur tamen quod durissimum est et masticationi dentium omnino resistit, et dum masticatur sapor amarus interiori vero non sentitur, lignum aloes stomachum confortat, digestiorem parat, debilitatem cordis ac cerebri confortat, circa syncopim et cardiacam maxime passionem iuuat, nam contra omnes cordis passionem et debilitates ex frigiditate puenientes valet vinum decoctionis aloes. Sed quod vinum inde fit amarum, modicam apponatur, et pro delicatis cum aqua rosea vinum temperatur, et tale vinum potest diu referuari, quod a ligno multum imutatur, eius fumus per nares receptus, in frigiditatem cerebri calefacit, debilitatum confortat. Et vt laudes eius condudam, in omnibus

corporis debilitantibus subuenit et adiuuat/ si quis modo debito vti sciat/ (bucisq; platea.

De Aloe.

Aloe etiam dicitur cuiusdam herbe succus/ que herba aloem appellatur. hec herba in iudicia et persis et locis plurimis reperit. cuius succus exprimitur et ad ignem decoquitur/ et post soli exponitur et exsiccat (vt dicit platea.) Aloe etiam tria sunt genera. scilicet citrinum/ epanicum/ et caballinum. (vt dicit platearius.) et differunt iste tres spes in bonitate. nam bonum est caballinum/ melius epanicum sed optimum est citrinum et discernitur ex colore citrino et niso et precipue cum frangitur puluis apparet ac si esset puluis croci. et est eius substantia clara maxime quando confringitur per minuta frusta et quod frangitur ex eo minus fetidus est et minus amarus. Epanicum vero aloem assimilatur epani in colore/ colorem enim habet epanicum idem nigrum et foramina quedam velut ora venarum. obscuram etiam habet substantiam et non dat ram/ et est amarus quam citrinus. Caballinum autem aloem nigrum est et obscurum et feculentam habet substantiam et amarissimum saporis et horribilissimum odorem. Sophisticatur autem caballinum ita vt videatur epanicum vel citrinum cum puluere croci et aceto/ si decies in illo intingatur et desiccatur/ et tunc innouatur eius color et odor et citrinum vel epanicum videtur. discernitur tamen quod dum frangitur et digitis confricatur/ statim fetidissimum sentitur et amarissimum inuenitur. quod non est in epanico et citrino. omne autem aloem quanto de sui natura est minus amarus et minus fetidus/ tanto est magis laudabile. aloem autem quamuis ex natura sit amarum/ tamen mirabiliter est vtile et salutarium. nam flegma coleram et melancolicam mundificat atque purgat/ membra neruosa confortat/ stomachum a viscosis humoribus et nocuis euacuat/ caput a dolore releuat/ quando fumositas stomachi caput grauatur visum clarificat/ splenem et epas deopilat mentis suauitatem puocat in corpore discolorato bonum colorem generat/ ab hidropo corpore preseruat/ et in pueris curat/ puluis eius cum melle datus lumbricos id est vermes ventris necat/ fluxus capillorum prohibet et a canicie preseruat/ arthricos iuuat/ pruriginem oculorum placat/ membrorum genitalium vlcera sanat/ putredinem oris et gingivarum mundat recentia vulnera sanat/ consolidat/ mundificat/ et desiccatur/ amarus est oris sed dulcis stomacho/ stomachum enim infrigidatum et debilitatum confortat/ et digestionem adiuuat et procurat. De omnibus de diascordio plateano et auicenna extracta sunt.

De arundine.

Arundine est media inter herbam et arborem. herba quidem robustior et durior. sed arbore est fragilior. ex tena plana/ et interuenit vacua et caua/ nodosa/ et lenis/ in paludibus enutrita/ ventis cedens/ de facili manum ledens. De arundine dicitur Irido. lib. xvij. Arundo est dicta eo quod procreta arefcit. in indiabus autem stagnis crescunt arundines ex quarum radice expressum suauissimum succum bibunt. vnde et varro dicit. Indica non magna in arbore arefcit arundo. Illius et lenis premitur radiabus humor. Dulcia cui nequeunt succo contendere nulla

De Armonio.

Armonium. vt dicit Irido. li. xvij. est vocatum. eo quod habeat odorem veluti cinamomum. Nascitur in Syria et armenia. cuius frater boros sine semine reddit sibi conuictus habens florem album similem viole et folia similia bromie odore etiam suo prebono somnum suauificat. Armonium siue aromen est herba odorifera. vt dicit dia. et e coloris subrufo/ folia habens coniuncta et semina copiosa habens ad modum viole florem album Est et armonii triplex spes. quoddam enim est armenicum/ et illud ceteris est nobilissimum fuluig quoddem coloris/ sed odoris optimi/ et virtutis maxime ac valoris. Aliud est quod arefcit in locis humectatis et aquosis et est leue/ tunc saporis et mens atque gerens. Tertium vocatur ponuicium rufum non longum. Est autem eligendum quod est recens et album semine plenum. super virgas purpureas expressum maxime odoriferum et ponderosum quod masticatum/ quodam acumine mordet linguam. Anum habens colorem/ non variatum/ non diversum (vt dicit auicenna. et dia.) omne armonium habet secundum eosdem auctores virtutem calefaciendi et etiam desiccandi. inibus scorpi onum occurrenti. sua decoctione in aqua calidissima fouendi et a suis doloribus releuandi. habet etiam virtutem dolorem viscerum sedandi ventositatem extenuandi/ et mensura puocandi cuius elixatura siue decoctio sumpta habet virtutem freneticis subueniendi/ epanicos adiuuandi/ et etiam podagris succurrendi. in omnibus siquidem antidotis nobilibus receptis/ et medicinis solet armonium sepius adhiberi quous loco ipsius multi aliam herbam armonidem. scilicet et quidem in colore simile sed in odore et virtute penitus disparem opponere sunt consueti. vt dicit auicenna.

De arboribus et plantis.

De Aneto.

Anctum est herba cuius semen cōsi-
mili nomine est vocatur cuius semē
primo conuenit medicine / radix se-
cundario / sed tertio ipsa herba. cui-
us semē pōt seruari ad trienniu in magna effi-
cacia. (vt dicit dia.) melius tamen est vt singu-
lis annis renouet. cui? radix adhuc virdis ali-
cuius est valoris / sed desiccata nullius. vt dicit
idem. habet virtutem diureticam calidam et ap-
petitiuam et cōpactorum diuisiuam / venenosi-
tatis et inflationis extenuatiuā / et torsionis vē-
nis et viscerum mitigatiuā. Item virtutes habet
calculi cōfractiuam / mēstruorum puocatiuam
et meatu vrnalium apertiuam / singulis et
plentitudine amputatiuā / somni puocatiuam
durax collectionum in corpore resolutiuā si co-
ctum cum oleo per emplastri modū a postemati
apponatur. Item flos eius cū vino coctus do-
lorem capitis auferit si inde caput fomentetur.
Item cinis eius vulue stillanti appositus ip-
sam reprimit et desiccatur. Item decoctum ancti
oleo ngorem nervorum laxat / multis alijs sub-
uenit passionibus. vt idem dicit.

Allium eisdem habet virtutes q̄s
et anctum. sed saporem habet dulci-
orem et eius semen magis minutū
et rotundum et a multis vocatur dulci-
nium. vt dicitur in platea. virtutem habet dis-
soluendi / cōsumendi / et ventositates destruendi
digestionem confortandi / opilationes epa-
tis et splenis aperiendi / calculum confringendi
mēstrua puocandi / et omēs meatus interiores
aperiendi et emendandi. et ideo quāuis sit in
quantitate semen minutissimum / est tamē mul-
tum vale in virtute et plurimū saluiferum.

De Allio.

Allium ab olendo est dictum. eo q̄
olet (vt dicit Isido. lib. xvij.) cui?
odo: est tam fortis q̄ omnes alios
odores reprimit / superat et fetores
et ideo per loca corrupta necessario transituri / si
ue loca putrida purgaturi / fortissimis se muni-
unt alleis. Secundum dia scorum allium mul-
tas habet virtutes et tam bonas q̄ malas pro-
prietates / q̄ ex diuersis componit virtutibus (vt
dicit idem) ventrem siquidem et stomachum
turbat / siccat / sitim mouet / et corpori appositū
corpus vlcera et vulnera. et si nimis a colericis
sumatur in vsu / corpus inflammet / desiccatur /
lepram generat / inaniam et henesim exatatur / vi-
suri ledit et etiam ebrietat et ideo colenco natura
liter nocet. nam coleram tubicam cito generat et

adulsum multiplicat et augmentat / flegmaticis
et frigidis multū confert. Est autem duplex eius
genus scz domesticum et siluestre quod secundi-
on a medicis appellatur / cui? flos debet recol-
ligi et in medicinis apponi vel admisceri. non
enim operatur cum impetu sicut solet domesti-
cum operari. Alij domesticū capitibus maxime
vtruntur / in cuius natura multiplex efficacia re-
peritur. nam precepue habet virtutem dissoluē-
di et consumendi et expellendi venenum et omē
venenosum. vnde non sine causa vocatur ab a-
tiquis doctoribus rinaca rusticorum. vt dicit
dialeo. maxime autem valet contra morsū et ve-
nenum canis rabidi si cum sale et nucibus inte-
nus accipiat addita herba ruta. hec enim qua-
tuor ad inuicem conterantur. et ad quantitates
magne nucis patienti sepius offerantur et hoc
cum vino. eadem enim confectio super morsū
externus apponatur. vulnus enim sanat et vene-
num attrahit et cōsumit / et a periculo liberat ac
preseruat ita efficaciter sicut rinaca. Item alliu
virtutem habet appetendi inadendi humores
grossos et consumendi. Et ita valet calculo-
sis et stranguriam patientib? id est difficultate
vrinandi. mēstrua aut puocat et emūdat ven-
trem. lumbricos et alios vermes in ventre inter-
ficiat / si cum pipere et succo mēte et acceto ad mo-
dum salis offeratur. dolorem illorū et lumborū
allium mitigat / si mūdatur ac tritū et cū oleo
coctum super doloris locū ad modum empla-
stri apponatur. valet etiam contra morpheā id est
lepram cutis si vbi est morpheā locus scanfica-
tur. et post cum allio trito fricetur et cataplasma
contra serpentum morsus valet / si tritū cū lau-
rino oleo apponatur vt dicit dia. Item hy-
dropicis prodest q̄ humorem inter cutaneum
consumit et desiccatur / et tumorem sedat gran-
dia / et crumenta vulnera et sordida purgat et cō-
glutinat et sanat / si puluis aliq̄ cōbusti superpo-
natur. coctum etiam alliu cum aqua fontana
omnem dolorem loci et tumor tollit. cauendū
tamē est ne cōtinue in abis assumatur q̄ mul-
tum noceret oculis. vnde versus. Allia vna ve-
nus puluis veni? faba fumus. Ista nocet oca-
lis sed vigilare magis. Secundum aristo. autē
lib. de plantis. allium habet similitudinem cū
lilio a cōmunicat cum illo in dispositione capi-
tis et in tunicellis et habet virtutem semenanz
in tunicellis radicis sue et in granis suis natis
in summitate haste sue. et ideo cepula allij posi-
ta in terraz pducat plantā. Similiter et eius se-
men. et habet tunicas multas et folia pyramida-
lia et hastam cauemosam et porosam. Allium
etiam sicut et liliū primū facit semen stipidis

fui in tenui folliculo in grana coniungitur. cepa vero non contingit grana sua / sed in pediculis siue pedibus paruis nutrita / et emittit. facit etiam radices capillares sicut lilium et sicut crocus et huiusmodi. Sed in hoc differunt radices alij a lilio quia non ramificantur in alio sicut ramificantur in lilio. et sicut allium renouat lilia ita renouat radices et semel tantum emittit semen salicet in secundo anno postquam seminatur et ideo habet allium tunicas plures et ramosas ut ille tunice sint abus et numerum secūdis radicibus et secundis folijs et stipiti eius. quapropter crescens secundis folijs et stipite attenuantur et euascent tunice eius in terra. et si mile huius in cepis inuenitur. In hoc autem differt allium a cepa. quia quilibet alij tunica carnosissima plantatur crescit et ea planta sicut liliū quod de tunica sua plantata in terra emittit plantam et hoc accidit quia in suis tunicellis est uirtus seminata sicut in carnosissimis partibus alliorum. non sic autem fit et cepa. non enim ex quolibet parte eius plantata emittit plantam. quia uirtus seminata non est in quolibet parte cepe sed in toto. In hoc etiam differt allium a lilio quoniam eius partes carnosae quando plantantur emittunt gramina sua et folium per medium carnis suae sed tunicelle lilij emittunt ab uno latere sui iuxta / et non a medio. buaiusq; aristo. li. de plantis et secundū nouam translationem.

De absinthio.

Absinthium est herba acerrima calidissima et sicca uehementer et stiptica et amara. ut dicit diascorides cuius duo sunt genera. unum est ponticum habens colorem uindem / et amarum et saporem potū et amarū. aliud est subalbidum et minus amarum et est minoris effectus quā primum. in hie veris colligitur. in umbra desiccatur. per annum in magna efficacia conseruatur. dicitur autem contrarias habere uirtutes sicut dicit plinius. scilicet laxantiam et costringentiam. costringentia est ei ex grossitate substantie / et ponticitate. latrina in est ei ex caliditate et amaritudine. unde quando recipitur intenus si inuenit materiam compactam propter ponticitatem sue substantie et grossitatem reddit materiam compactiorem. et sic est causa maioris costringentis. materia uero existente habili et digesta caliditate dissoluit eam et potestate sua comprimente expellit eam. Sinus de absinthio factus epas subuenit et stomachū confortat / appetitum inuitat / ebrietati obuiat et repugnat / iteniam curat et colorem eius alterat et immutat. succus eius cum puluere coctus splenem deopilat. dolorem stomachi

et intestinorum est ventositatem proueniente dissoluit et mitigat. succus eius auribus instillatus humiditates ab eis distillantes desiccatur. cum felle tauri intus absinthium et auribus inieciū dissoluit sonitū et auditum roborat et emendat. dolorem capitis ex fumositate stomachi procedentem succus eius sedat. liuorem et dolorem ex percussione cum puluere cinini et melle amputat si per modum amplastri apponatur. labricos et vermes aurium succus eius necat si instillet succus eius potatus visum clarificat et oculis impositus ruborem curat si sepius infundatur libros et pannos a vermibus et muribus tuos seruat si cum eis insisula reponatur ut dicit macrobius. Item moribus migale et draconibus obuiat et sanat si bibatur. Item eius decoctio ventositatem ventris et inflationem sedat cum potat. ut dicit diascorides. propter has uirtutes quasdam habet conditiones et proprietates minus laudabiles. nam saporis amaritudine et ponticitate infestat et conuulsa gustū. odoris horribilitate ledit ol factum. in amaritudine redigit lac et uinum et omne dulce cui admixtum fuerit seu adiunctum et ideo apes que frequentant flores absinthij faciunt mel amarū ut dicit diascorides. De absinthio. d. pli. li. xvij. non est inquit dandum febricitanti nauisā nandus arceat si fuerit prius potatus solum prouocat dormienti iscio sub capite positum. capillos denigrat quādo munguntur uingento facto de eius succo et oleo rosaceo.

De apio.

Apium est communis herba omnibus fere nota et eo sic vocata. ut dicit plinius. li. xvij. quod apicis. id est capitis mūphantium apium quodam fuit ornamentū. hercules. n. hanc herbam primo capiti circumposuit. cuius radices efficaciter pugnant contra insidias veneni. ut dicit plinius. cuius multe sunt species ut dicit idem. scilicet petroselinum sic dicitur eo quod apie est similitudine in folijs. sileni. n. grece apium dicitur crescat autem in locis petrosis montibus quod ruptis. et id latini petroselinum petrapium uocant ut dicit plinius. Sunt et alie maneries apij ut dicit diascorides. scilicet apium ranarum. apium risus. et apium emoroidarum. Apium ranarum dicitur quia in locis aquosis ubi sunt rane sepius inuenitur quod decoctum cum uino et oleo ei ventri acrimibus cataplasmatum eorum dolori miserie optulatur. Apium risus dicitur ab effectu quod purgat melancholicam humorem ex cuius superabundantia fit misticia. dicitur autem quod inter receptum in magna quantitate hominem nudo interficit et occidit. ualeat autem contra calorem et stranguinam et ad menstrua prouocanda

si decoctum fuerit in aqua vel vino et inde infusa fomentetur. Apium emoroidarum est dicitur eo quod eius pulvis vel cinis superpositus fluxum sanguinis desiccet. Apium autem commune splenis et epa... opilationem aperit / calculi fragit / ictericam soluit / hidropicis subuenit / freneticis ouenit si eius succo et oleo rosaceo mixto cum aceto caput patiens sepius inungatur. Radix eius et semen moribus venenatis succum et veneno resistit (ut dicitur dia). Epilentias autem nocet omnino apium quia dissoluit et mouet omnem materiam ad superiora. nocet etiam pueris. illa etas propter humiditatis institutionem et virtutis debilitatem et morborum et meatuum strictitudinem / parata est ad morbum caducum. et ideo lactantes nutrices abstineant ab apio ne puer epilepticus efficiatur. ut dicitur dia. et pla.

De anistologia.

Anistologia est herba multum medicinalis quamuis amara. cuius due sunt species. scilicet longa et rotunda. et utraque est calida et sicca. et est radix magis medicinalis quam folia. In autumno debet colligi et seruari per biennium. virtutem habet dissoluentem et expellendi venenum et psuedi. bonum anhelitum facit / splenem durum remouet et opilationes aperit: ventris dolorem et lateris amputat ac sedat / podagricis et caducis subuenit et contractis. contra morsus venenosos est ferus / pulvis eius carnem mortuam leuiter corrodit in fistula et in plaga. semm mortuum de vtero expellit radix eius si cum vino decoquatur (huicque diaconi). de anisto. dicitur plini. et si. li. xvij. quod mulieribus se nis optima sit. nam potata cum pipere et vino / sorbitem parturientium mundificat. et matricem expurgat et mestrui puocat atque purgat.

De agno casto.

Agnus castus dicitur quedam herba calida et sicca. cuius virtus est ut dicitur plini. conseruare in hominibus castitatem. unde et mulieres ratione illius herbe fructices secum deferre consueverunt in moribus. ex quibus quando propter honestatem publicam oportuit necessario continentiam obseruare. hec herba secundum dia. et platea. semper viret / et eius flos potissime agnus castus nuncupatur. quia odore / visu ac visu / reddit hoies castos sicut agnos. Scilicet dia. et platea. dicitur aperiendo poros / et spiritus euaporando / et humiditatem seminalem commedendo / inducere castitatem. Dicitur etiam ibi de auro quod eius decoctio valet contra leucostegmatiam id est frigidam hidropisim siue albam / si in femine feniculi et modica chula decoquatur. Item ibidem fomentum decoctionis agni casti

si / matricis efficitur supfluitates et ipsius orificium coagulat / mestrui autem puocat / et litargiam sanat atque soluit / si cum salua et apio decoquatur in aqua salsa / et inde posterior pars capitis fortiter abluatur. ut dicitur dia.

De artemesia

Artemesia est mater herbarum dicitur que quondam fuit a gentilibus diuane que grece dicitur artemis consecrata (ut dicitur Isidorus li. xvij.). Est autem herba calida et sicca cuius radices et folia competunt medicine valet autem maxime contra sterilitatem que ex causa humida procreatur. in causis autem calidis et siccis non valet (ut dicitur dia). mestrui puocat / matricem mundificat et confortat / dolores capitis decocta in vino vel aqua mitigat et sedat / secundinas et fetus mortuos euacuat / calculos renum atque vesice frangit. demonia seculum plinium fugat / et malis medicamentis obuiat / nra cum azibia dolorum pedum ex itinere mitigat. cuius sunt species plures. quarum virtutes dicitur diuina adinuenisse et mortalibus tradidisse (ut dicitur plini. et dia.) alias eius virtutes refert auicenna.

De Auena

Avena est herba cuius semen est hominum et equorum visibus aptum que secundum Isidorum sic dicitur eo quod postquam seminatur cito adueniat atque crescat. Dabet autem secundum platea. vires leuiter relaxantes / et contra omnes tumores fastiditates et duricias relaxantes. et faciei immunditatem depurantes. ut dicitur in platea.

De balsamo

Balsamum (ut dicitur Isidorus li. decimo septimo) est arbor siue frutex terre nunc quam crescens ultra altitudinem duorum cubitorum et est viti similis. in folijs autem similis rute. sed albiorebus semperque manentibus cuius arbor dicitur balsamum / lignum vero si lobalsamum fructus siue semen carpobalsamum et succus opobalsamum nuncupatur eo quod ferreis vngulis conter ligni percuntur. et per corticis vulnera quasi per cauernas gutte opobalsami eximij effluunt et distillant. cauerna enim greco sermone opo dicitur. cuius gutte adulterantur ad mixto apio oleo cum melle. Sed cognoscitur sopsisticum cum melle si gutta lacti distillata fuerit coagulata. cum oleo vero si aque admixta facile fuerit resoluta / quia ut oleum emat super aquam. Si vero non fuerit sopsisticum / statim in aqua recenti penit fundum. vestem mundam quam tangit non maculat nec polluit. Balsama autem si pura fuerint tantam vim habent

Et si sol ecan ducit / sustineri in manu nō pōt
sunt (bucufq; Jfido.) Plini. autem. li. xij. ca.
xvij. sic dicit omnibus odoribus p̄fertur balsa-
mum vni terraz. f. concessum quondam. nec i-
ueniebatur nisi in duobus regijs ortis / quoz
maior: viginti iugerum erat. sed post dominan-
tibus romanis vinea balsami p̄ multos col-
les ppagata est. viti quippe similior est q̄ mir-
ro. modo vinearum sicut et vitis implet colles
sine adminiculis. ramis eius se sustentant. p̄ce-
rior: enī altitudo eis inter binos cubit s̄ substi-
hit. cauendū est autē ne cum ferro ad interiora li-
gni ledatur. et ideo cauendū est ne vltra corticē
violetur. qz leso ligno interiori / totum perit.
Est autē arbor: totaliter medicinalis / cuius p̄ce-
cipua prima gratia sit in succo. secūda in semie-
terna in cortice. minima est in ligno. ex his ē op-
timuz quod est odoriferum / et semine maximū
et ponderosissimum / mordens gustu et feruens
in ore / in colore rufum (bucufq; pli. lib. xij. c. xj.
vij.) Diasco. autem dicit q̄ quedam est species
balsami que crescit circa babiloniam / vbi sunt
septem fontes. si autem alias transierat nec flo-
res / nec fructus facit. in tempe estiuo leuiter in-
cidunt rami eius cū cistello osseo vel alio nō ni-
mis acuto ne lignū intrinsecus ledat / qz tunc
piret. sub cortice autem infisso ponuntur vitree
ampule / in quibus gutte stillantes colligunt.
Si vero vna gutta ponat in palato / cerebrum
ita calefacit / q̄ videt succēdi / et co:pa mortua in
corrupta cōseruandi. qz quantum dissoluit / tā-
tum cōsumit. vt dicit in platea. menstrua puo-
cat / et educit fetuz mortuū / et molā de ventre ei-
cit et credidit / lapidem in renibus et vesica frā-
git / iliacam passionem soluit / omnes inuetera-
tas capitis passiones tollit si modo debito as-
sumat / quotidianis febribus et quantis sub-
uenit / moribus venenatis occurrat. Das et
multas alias nobiles virtutes hz / quas enu-
merare esset longum. sed hec de multis nūc sus-
fiant.

De bdellio.
Bdellum. vt dicit plinius lib. xij. c. 2
est nomianissima arbor nigra / simi-
lis oliue in folijs et in robore. cuius
gumi maxime reperitur in vsibus medicane. nā
eius lacrima siue gutta est translucida / gustu a-
mara / bene odorifera / sed magis aromatica /
quando vino est infusa. Idem tangit glo. sup
Gene. ij. vbi dicitur. ibi inuenit bdellium et la-
pis onichinus. et tamen nasat vt dicit plini. in
partibus orientis vt in arabia india et caldea et
cetera. bdellia autem (vt dicit Jfido. li. xvij. est
indie et arabie arbor. cuius lacrima arabica meli-

or est. aromatica enim est lucida / subalbida / le-
uis / piuguis / equalit creta / et que facile remol-
litur. et est amara / boni odoris / ligno vel terre
nō mixta. Indica vero sordida atq; nigra et
adulterat cum gūmi qui nō amarificat gustum
vnde cūq; autem veniat / glutinosam valde ha-
bet substantiam et constrictiuam. et etiam attra-
ctiuam. et ideo dicit dia. et platea. repugnat dis-
sentene facte ex acuta materia. et valet patienti-
bus fluxum ex fortissima farimea id est medi-
na fortiter laxatiua. valet etiam contra apstema /
ta interiora / et exteriora / si inde fuerint inuncta
calculum rumpit / tussim compescit / moribus re-
p̄ticulum occurrat / intestinorum dolorem lenit
vt dicit pla. beriosus et inferioribus partibus
ruptis maxime p̄ficat ad interiorum consolida-
tionem / cum gummi bdellio p̄cordat / v̄nemis
siue bernis quod dicit gūmi arboris habens
virtutem conglutnandi / danificandi / et conser-
uandi. et ideo p̄ciores eo maxime v̄nif. mul-
tum siquidem strugit sicut et bdellium. alterius
tamen est nature. quia frigida et sicca in seculi
do grado / bdellium vero calidum et humiduz
vt et dicitur in platea.

De bufo.

Bufus. (vt dicit Jfido. lib. xvij.)
grecum nomen est. sed ex parte a la-
tinis est corruptum. Nam piros
apud eos appellatur arbor semp
virens que leuitate materie litterarum forma-
dis aptibus est apta. nam tabula buxia bene
polita colorem recipit album / in quo de faali
figure et litterarū caracteres inscribunt. et etiam
de faali post delens. et dicitur fm Jfido. hec bu-
xus pro tota arboze. et hoc buxum p̄ interiori li-
gno. vnde dicit quidam. Hec buxus crescit hoc
buxum crescere nescit. Est autem arbor multuz
solide materie et compacte / cuius humor nomi-
nentalis multum est viscosus et compactus (vt
dicit aluredus) vel vegetabilis. et ideo lignuz
habet grossum et ponderosum / quod multum
in aqua p̄cat fundum / sicut habemus. et hoc
p̄pter compactionem ligni non habentis po-
ros apertos vbi possit intrare aer. p̄ cuius sub-
intrationem posset super aque superficie deua-
ri (vt dicit idem alui.) folia etiam ideo habet
diu virentia que de faali non cadunt / nisi pau-
latim. et vno cadente. aliis mox succedit. multa
quidem habet folia minutua et spissa. sed mo-
dicum habet fructum siue nullum. Arboris bu-
xi rasura cum sit frigida et sicca decocta in aqua
pluuiali constringit fluxum (vt dicit dia.) iungit

etiam crines si de eius decoctione sepius abluantur. Sapor si quidem eius est amarus. vt. d. plini. li. xviij. c. xvij. et odor grauis. tamen quāuis graue odore gustum. nihilominus tamen virore continuo delectat visum omni tempore conseruat virorem suum et maxime in estate qz in hieme eius folia aliquantulum exalescunt sed non cadunt. (vt dicit alui.) Quis ratio est quia habet visum: humorem in se/in radice vero multam humiditatem liquidam et ideo non cadunt folia. vnde adueniente caliditate prouocatur humor ad exteriora qui tactus calore fit viridis. sed adueniente frigiditate recidit et habundat siccitas et fit color pallidus siue glaucus. Crescit autem burus in locis petrosis et calidis. et ideo non multum habet duricię. et etiam in dose soliditatis lignum tamē interius leue est. et ad plantandum summe aptum. insalluras et figuras in eo factas diu tenet. et ideo imagines pulchre et durabiles inde fiunt / et ex buris pices habiles fiunt ad multum et aliorum aromatum obseruationē. ad multos etiam alios vsus valet burus quos enume rare esset longum. Sed bec sufficient.

De balauſtia.

Balauſtia est flos caduc mali granati. cum enim arbor fructus debz producere in quadam nobilitate co glutinantur et ab arbore quandoqz cadunt qz a medijs reſeruantur vsui medicine. possunt seruari per hiemem in magna efficacia. vt d. dia Est autē balauſtia frigida et sicca. et habet virtutem costringendi et desiccandi humorem. et habet virtutem et valorem contra dissenteriam et sanguineum fluxum ventris / et contra menstruum. Item nature bz restringendi vomitū colericam / si decocta in aceto cum spongia sup furculam pectoris apponatur. Item puluis vulnere consolidat et confirmat. gigninas sanat et earū putredinē amputat et emendat / radices dentium consolidat et confirmat / pleura enī sanat labiorū. Dec omnia facit presidia salicet cortex arboris eiusdem. et pceptue fructus siue pomū. et debet accipi quādo pomū est maturum.

De Beta.

Beta est herba comūis et ortulana secundū dia. duplex eius species salicet alba et nigra et vtriusqz succus manibus instillatus purgat caput. aurium etiā dolore mitigat lentes et alias imundicias capitis et faciei maculas emundat capillos reparat et conseruat. folium eius tosum et appositus

ignem saluaticum extingit. nascencia etiaz vulnere compescit. malos būores nutrit / si nimis sepe in vsu habeatur (vt dicit dia.) De beta dicit anistoniles super eius radicem sicut et super caulem potest plantari furculus. qui tandē corroborente radice in arborem transmutatur. vt supra patet de natura plantarum.

De Cedro.

Cedrus est arbor quā greci cedros vocant quasi ccomenes dricozidō id est arboris humor ardentis cuius folia ad cipressi similitudinem respondent. (vt dicit Plinio. lib. xvij.) vbi subdit. cedrus est lignum iocūdi odoris et diu durans / et nunquā a tinea vel teredine id est lignorum verme extenuatur. vnde ppter eius perpetuam durabilitatē et cedris fiunt latimana in regum palatijs et in templis. Duius arboris gūmi siue lactima dicitur cedria que ad conseruationem librorū summe est necessaria. nam libri de hac lactima linte neca tinea corrodiunt nec tempore senescunt Nasatur autē in terra affrica et in siria et maxime in monte libani. Est igitur cedrus arbor altissima / omnium arborū domina et regina (vt dicit raba. super psalmi.) Est etiaz aspectu pulchra semp retinens virorem suū. est in super olfactu odorifera / cuius odor fugat serpentes et omnia venenosa (vt dicit idem.) Est igitur fructus sua uissima / poma enim cedrina sunt magna / oblonga / atrini siue glauci coloris / niri odoris / gratissimi saporis. saporē enī habent impletum. nam in medio circa grana sunt poma atrina acetosa / in superficie iuxta corticem sunt dulcia / in carne siue medulla interiori inter dulces et acetosum sunt media. Est etiam cedrus multate efficacie et virtutis et valde medicinalis. nam eius lacrima que est gūmosa in substantia et aliquantulum pyramidalis siue pinnata in figura acram virtutem habet et feruentem. vnde vnt et siccatur (vt dicit dia.) caliginē oculoꝝ detergit / vermes aurium occidit / contra dolore dentium subuenit / moribus serpentum succurrit. cum isopi succo / sonitum aurium tollit / tumorē faucium sedat / vulnera pulmonis curat / molles carnes a putredine seruat / corpora etiā mortua reposita in ligno cedrino et eius lacrima inuncta virtus cedrina a tabe et putredine defensat. Semen etiam cedri tussim sedat / menstrua prouocat / et secundinas excludit / matricem purgat / nervos spasmosos et contractos relaxat et remollit. vrinam mouet / et harenulas in vesica et renibus mūdat. Das et multas alias virtutes



ponit diasco. de c. dro 7 eius succo semine atq;
fructu. Plinius autē de quadaꝝ specie cedri sic
dicit. Est inquit arbor quedam nose modica a
medozoz terra primitus asportata/ que a gre
cis a gedia vel cedronilla est dicta/ eo qd po
muz odorem 7 virtutem cedri sequi videatur 7
eius saporem imitat (vt dicit Isido. lib. xvij.)
Eiusdem enī arboris pomum (vt dicit plini⁹
contrariuz est venenis. 7 est arbor. vt dicit idēz
que in omni tempore fere est plena pomis que
in ea partim sunt matura / partim acerba / par
tim in flore sunt posita. quod in alijs arborib⁹
raruz est. Hanc arborē multi assinam vocant.
vt dicit idem.

De Cipresso.
Cipressus grece dicitur ciparissus (
vt dicit Isido. lib. xvij.) qz caput
eius a rotunditate in acumen eni
gitur. vnde 7 conon altera rotunditas
nūcupatur. cuius fructus talis est dispositiōis
7 ideo conus appellatur/ eo qd conum imitetur
vnde 7 cipressi conifere dicunt. huius lignum
habet virtutem p̄max pene cedro aptumq; ē
tribus temporum. sua enim impubili so
liditate oneri nunquā cedit/ sed semper in pri
ma remanet firmitate/ suauissimi est odoris. et
ideo antiqui solabant facere rogum de ramis
eius/ vt odoris sui iocunditate exprimerent fe
torem mortuozoz (bucusq; Isido.) Est autē ci
pressus arbor calida in primo gradu/ 7 sicca in
secundo/ cuius pomū lignum/ 7 folia compe
tunt medicine (vt dicit platea.) sunt s̄ptica 7
consolidatiua/ 7 ideo valent cōtra fluxum ven
tis ex debilitate virtutis retentue/ si ipsoz pul
uis in abis vel in potibus assumatur. valet cō
tra iliacam passionēz 7 dolorem lūborum si cū
aqua pluuiali decoquatur 7 deinde vinum lim
pbeur. Cipressi folia recentia vulnera sanant
acum ignem fugant/ nares poliposas mūdāt
7 fetorem amputant/ fluxum sanguinis sedant
Semen igitur eius mixtum cum caricis. i. ficu
bus siccas soluit duricias. spermatis reumatis
fluxum stringit. contra antraez idest apostema
venenosum/ 7 mortiferum subuenit/ 7 eius ma
liciam ne se diffundat/ reprimūt 7 p̄p̄fat. mor
sibus venenatis occurrūt. Has autem virtutes
cipressi recitat diascozides 7 multo plures.
Plinius autem. lib. xvij. c. xxxij. sic dicit. Ci
pressus est arbor ramosa a fructu habens va
cuas brancas p̄ fructu folia amara odore vio
lencia umbra gratonsa. cuius duplex dicit esse
species. Albasculus 7 femina. femina sterilis
est verūcamen aspectu pulchra cuius rami in sa
stigio sunt densi 7 inuicem conuolunt. Albasca

li vero rami sunt magis sp̄ssi qui si preali fue
rint/ magis geminabunt.

De Cipro.
Ciprus de quo dicitur Lanti. quar
to. cipi cum nardo 7c. secundum
plini. li. xij. c. xvi. est arbor in egip
to similis oliue in folijs. sed folia eius viridio
ra sunt 7 crassiora cum flore nigro/ et semine cā
dido et odorato. quod si cum oleo coctum fue
rit aut confectum exprimitur inde vnguentum
regum quod odoriferum est et summe delicio
sum. et cipressus dicitur. Idem dicit Isido. li.
xvij. 7 gl. super cant. Secundum plinium au
tem dicitur qd optima huius generis arbor cre
sat in egipto super nilum in canopea regione.
Secunda vero in ascalone. Tercia in cipro. ci
us est mira odoris suauitas. arbor huic est a
lia arbor similis (vt dicit idem) que dicitur as
polaros / habens similitudinem in flore cū flo
re rose/ et cuius radice et flore nobile fit vngue
tum. Dicit etiam idem qd in omni fructu vbi dē
recte refulgit arcus celestis eadem sit suauitas
odoris qd diu ibi refulget arcus. Sed si super
eamdem arborem fulserit in enarabiliter eius
odorem ampliat et decorem/ et est similis spi
ne candidē colorem habens igneum siue rufuz
et in parte redoler vt castoreum et a multis vo
catur sceptrum helisei. vt dicit idem. Dicit ad
hoc diascozides. qd cipressus est arbor medica
nalis conuenientis. et conglutinatiue virtutis
cuius solum masticatum tumozoz oris compe
sat. eius lixura siue decoctio venes capitis
interficiat et inficit capillos si inde capilli fomē
tantur. flos eius cum aceto decoctus dolorem
capitis soluit vt dicit idem. cuius sterilitas di
ctur esse aliacius virtutis. Quere infra in litte
ra. L.

De cinamomo.
Cinamomum de quo dicitur ecclē.
i. 7 Exo. xxx. sicut ibi dicit glo. est
virgulam quod nascitur in india
et ethiopia duorum tantummodo cubitorum
7 dicitur cinamomum. quia subtilis et replica
tos habet culmos cerei vel nigri coloris. que
fracti reddunt visibile spiramentuz. cinamomū
vero quanto gracilius et subtilius tanto cari
us est. et quāto grossius tanto despectius reputat.
Secundum Isidorum autem libro xvij. cina
momum eo est dictum qd cortex eius in moduz
canne gracilis sit et rotund⁹ et crescat stipite bre
ui. vngas tenues habens quod cum frangitur
ad modum nebulę suauissimum emittit spira
men. Super ecclē. capi. xxij. dicit glosa. cina

momum est brevis arbor, odorifera et dulcis a
neri coloris praestantior duplo ad mediane vsu
q̄ fistula. Plin. quod li. xij. c. xxi. de cinamo
mo inquit et cassia fabulose narravit antiquus
quod inuenitur in indis auium et specialiter fe
uicis, nec haberi potest nisi qd cadit proprio
pōdere vel quod exaritur cū plūbanis sagittis
sed ista fingunt homines vt reum precia auge
ant. Scdm autē veritatē cinamomū crescit ap̄
trogoditas in ethiopia qui per vassa maria in
rauidis deducunt illud ad portum gellenitarū
et est frutex duorum cubitorū ad maximum vel
vnius palmi ad minimum, truncum habens i
grossine quatuor vel sex digitorū, nec olet nisi
quando arefacit, siccitate enim gaudet, et in bre
ue subnitor efficitur contra naturam arborum
aliarū. Inter vepres et rupes dēssimas gigni
git et, ideo non sine magna difficultate recoli
tur, ante ortum solis vel post occasum nulli li
centia colligendi p̄cedit, quod cū collectum fue
rit sarmenta basta diuidit sacerdos, deoq̄ par
tem ponit reliquū mercator emit, precipua au
tem eius bonitas est in denissimis virgultoz
pambus ad longitudinē palmi, et quod est in
trunci medio quod est p̄ximū radia pap̄ vel ni
hil valet, q̄ ibi nimis parū corticis est in qua
est summa bonitas cinamomi, et ideo caamina
et superiores partes preferunt, q̄ ibi cortex plus
habundat, lignum vero interius respectu corti
cis nullius vel modici est valdis (hucusq̄ pli
ni. lib. xij. Secūduz dia. vero et platea. cinamo
mū calidum est in tertio gradu, et sicum in se
cundo gradu, cuius duo sunt genera, grossū,
s. et subtile, et grossū ē min⁹ laudabile et ponit
in vomitibus medicatis, quod vero grale est
laudabile est et subtile, et in alijs antidotis ma
gis vale. Est autem eligendum quod est subti
le acutum habens saporem dulcedinē immittā
cum multa aromaticitate et subrufum in colore
qd̄ autem subalbidum est minus valet, et aro
maticitate habens virtutem cōfortandi cerebrū
et cōglutinositate habet virtutem cōsolidandi
Dabet autem cinamomū multiplices virtutes
(vt di. dia.) Nam tussim et grossa humiditate
sedat, tritum et cum aceto mixtum, impetiginē
extirpat, collinjs ad mixtum humiditate oculo
rum deficcet, renum dolorem mitigat, hydro
pisiū curat, morfus reptilium sanat, appeti
tum cōfortat, mensura puocat, opilationem
aperit, abum digent, stegma dissoluit et consu
mit, potatum cum vino secundinas excludit,
caliginem oculorum dētergat, sincopi et cardia
ce passioni subuenit ac succurrit.

De Cassia.

Cassia de qua dicitur Exo. xxx. spēs
est aromatica, et nascit scdm Plin.
lib. xvij. in arabia et est virga robu
sti corticis et purpureis folijs vt cor
ticis pipis et est similis cinamomo in virtute, s̄
tamen potentia inferior, vnde in loco cinamo
mi duplex est pondus eius, in medianis sept⁹
admiscentur (vt di. Plin.) Blosa autem dicit
super exo. xxx. Cassia in aquosis locis nascitur
et in immensum crescit ac bonum odorem red
dit. De cassia di. pli. lib. xij. ca. xxi. frutex inquit
cassie iuxta cinamomū campo nascitur, cuius
amplitudo est trium cubitorum, cuius sarment
um est grossius sarmento cinamomi, cuius est
triplex color, primo enim candescit, deinde ru
becit, tandem nigrescit, et illa pars maxime est
laudabilis, post nigram autem laudabilior est
rubea, minus vero laudabilis est candida.
Nam citius a vermibus corroditur et cauatur,
et hoc accidit ppter sue substantie mollietē, et
minorem amaritudinem corticis et virtutem, p
barur enim, cassia cum est recens per odorem / p
saporem / et colorem. Nam cassia volubilis sub
dulcis pauca et acuta est saporis / suavis et iocū
di est odoris / subnigri in sup vel purpurei ē co
loris, et pōdens est grauioris, et maxime lauda
tur illa cassia que de facili nō frangitur, sed re
flectitur potius et plicatur, Alia autem est spēs
cassie que balsamo de saba similis est in odore
sed amara est, et ideo prima, s. nigra que est sub
dulcis et feruentis saporis et boni odoris, que
a medicis plus laudatur (hucusq̄ pli.) Secū
dum platea, autem et diasco, cassia est duplex,
s. cassia fistula et cassia lignea que est fructus cu
iusdam corticis nascentis iuxta confinia babi
lonis cuius diuerse sunt species, vna ē similis
cinamomo que subrufa est et rotunda solidam
q̄ habet substantiam et cum frangitur vel tenē
nō plicatur sed resistit, acuta est in sapore et pa
rum dulcis, et ista medici vix vtuntur, Alia spe
cies que est subamara, partim habens colores
distinctos et haētuntur medici et est eligenda
que non facile frangitur sed plicatur, et que ha
bet acutum saporem mixtum dulcedinē cum a
romaticitate, cum autem frangitur colores ha
bet subalbidos interius et distinctos et nifos i
temixtos, sophisticatur quandoq̄ cum admi
xtione corticis caparis sed cognoscitur q̄ sub
aman est saporis, virtutem habet diureticam
id est diuisiuam et subnigrae sue substantie, ha
bet etiam virtutem consumendi ex qualitatib⁹
suis, Insuper habet vim confortandi ex aroma
ticitate, reumaticas et frigiditas passiones curat
epilenticos et caducos iuuat, cerebrū pfortat.

e. s.

renes & vesicam purgat. apostemata maturat & sanat. renes & epas & splenem deopilat. fetor renis oris masticata palliat aut amputat. menstrua puocat & matricem confortat. contra sinco pim & defectum cordis iuuat. si eius puluere & rosas & osse cerui si sup⁹ fiat (bucisq; diaasco. & platea.

De Cassia fistula.

Cassia fistula est fructus cuiusdam arboris que longa pducit semina sed succedente tempore elongatur & ingrossatur & caloris actione exterius condensatur. medulla interius existit nigra & humida atq; dulci. que mixta est cum albis granis & quibusdam cellulis ad modum faui mellis interius est distincta. est autem eligenda que grossa & ponderosa. qz multam signat inesse humiditatem. reicienda est leuis & sonora. qz signat siccitatem & vacuitatem. virtutem habet liniandi. mollificandi & mundificandi. & fetorem sanguinis mirabiliter mitigandi. ac coleram & sanguinem depurandi. apostemata gule dissoluit. visceribus utilis est & vicis pectoris subuenit. menstrua recentia ex pign hūore educit. tumorem viscerum & intestinorum dolores potata tollit. bucisq; dia. Quis autem vsualiter in cassia duplex. S. sonet cum simplici tam scribi & pronuntari debet vt cassia dicat. vt dicunt auctores. vnde ou. xv. metba. Quo siml accassias & nardi leues aristas &c. et sic vbiq; dicit pli. & platea.

De Calamo.

Calamus aromaticus de quo dicitur ero. xxx. a similitudine calami vsualis est vocatus. vt dicit Plinio lib. xvij. & gignit in india multis nodis geniculatus. odore suavis & mira fragrans odoris suauitate qui si frangit. in multas pres scinditur & diuidit. & in gustu similis est cassie cum leui acrimonia remordente (vt dicit Plinio.) Secundum papiam vero feruētis est virtutis. In glo. sup ero. xxx. dicit qz calamus aromaticus est spes que crescit iuxta montē libani. vbi cumq; autem crescit di. dia. pla. & pli. species ē calida & sicca in secūdo gradu & est radix cuiusdam fructus calamo valde silis & magni odoris. habet autem ad modū canne cōcauitatem in qua lignum inuenitur. quod quidez extrahi debet cum nullius sit valoris. tamen aliquando intus dimittitur vt maioris ponderis videatur. Est autem secundum eosdem auctores calamus duplex. s. persicus qui colore est cinis alius est indicus colore subalbidus. qui cum

frangitur facile nō pulueratur. & habet virtutē mirabilem confortandi. vnde stomachū confortat & digestionem adiuvat. maxime si cum abstinētia temperat. cardiacis & cōtra cordis defectum que greci sinco pim vocant. cum aqua rosacea multū valet. Secundū plini. autem calamus odorans est indicus qui maxime valet qm est subrufus nodis plenus & spissus. & quādo nō frangitur in partes plurimas valde sticas & est valde medicinalis fere sicut cassia. vel etiā cinamomū. quarum virtutes quere supra. naz menstrua puocat &c.

De calamo vsuali.

Calamus vsualis fm Plinio dicitur canna stipule vel segenis. & sic dicitur a caleo cales/ eo q inisso flau alē qualiter calefcit. & est pprie stipis medius in segete inter radices & fructum siue spicam in qua fructus cōtinetur. alio etiam nomine vocatur culmus (vt dicit Plinio). et est interius cauus. exterius planus & rotundus nodis aliquibus munit. multis tunicalis arca munitus quo mediāte spica pficit & numeratur. quo deficiente/ deficit spica & penitus destruit. nō dico venti impulsu bināde agitur & mouet. facillime frangitur & incuruatur. & vix erigitur vel reparatur.

De calamo scriptuali.

Calamus scriptualis de quo i psalmo dicitur lingua mea cala. scri. idēz ē quod arundo. qz antiqui arundine vtebantur in scribendo antequam vsus penarū haberet. nam arundo (vt dicit Plinio lib. xvi. c. xxxij. utilis est ad multos vsus. arūdines inquit inter aquaticos fructes obtinent principatū. suntq; necesse in bello & in pace. nam arūdinibus septentriones populi domos suas possime tegunt & eas in suis cauetis p delicijs & ornatu suspendere sruentur. calamis. & orientes populi bella agūt & de eis spicula faciunt. tante enim longitudinis sunt ē multis pabus q bastarū vicem prebēt. radice habent viuaces. vnde si earum fructes rescindant. secūdius resurgunt. Sunt aut aliqui calami quadaz medulla repleti. quidam ex toto concaui qui ad fistulas faciendas sunt multū apti. calami autē medullati habentes lignum spissum & nodosum pugnantib⁹ plus conueniunt. Sunt & minores arūdines in locis minus aquosis crescentes substantiam habētes tenuē & valde duram. & medullā quasi nullam & eaz

superficies est plana et relucens ac polita non nodosa et tales calami sunt abiles ad scribendum pars cuius interior acuitur et ad scribendum adaptatur et perfectius atramentum administrat parum scinditur et in parte dextra plus quam in sinistra aliquantulum prolongatur. Sunt et alij calami dulci medulla pleni qui per inuncta frustra in aqua pistantur et ad lentum ignem in lebere decoquuntur usque ad spissitudinem et primo videtur totum transire in spumam sed post facta residentia spissius et melius fundum petit spumosum autem et vanum semper manet et per aliud sophisticatur sed deseruitur quia bonum crepitat in ore et est valde dulce. malum vero non sed in ore euascat. ut dicit platea.

De capparibus

